Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Exclamauerunt ad te dñe in die afflictionis sue et tu de celo exaudisti eos. Alla. Alla ℣ Exultate iusti in dño rectos decet col.

Deus qui nos annua apl̃orum tuorum Philippi et Jacobi solemnitate letificas. prestas: ut quorum gaudemus mentis instruamur exemplis ℣ de scta walpurga sub.

Omnipotens sempiterne deus castos corporum mentium que conservator et custos pudicicie tue famulis ad esse dignare. et intercedente bta walpurga virgine tua membris nris pius illabere. z spiritalis vite nobis tribue puritatem ℣ sda de trone. epla Stabunt iusti. Alla ℣ Stabunt iusti in magna constantia adiuvabit eos qui se angustiaverunt sed in Alleluia ℣ Surgens dñus sepulcro Agnum paschale.

Illo tpe. dixit dñs. Non sit vestrum cor turbetur nec formidet. Creditis in deum et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt Si quominus dixisse vobis. quia vado ad parare vobis locum. Et si abiero et parauero vobis locum. iterum veniam et accipiam vos ad meipsum. et ubi ego sum et vos sitis Et quo ego vado. vos scitis et viam scitis Dicit ei thomas Dñe. nescimus quo vadis et quomodo possumus viam scire. Dicit ei ihesus. Ego sum via veritas et vita Neminem venit ad patrem nisi per me. Si cognovisstis me et patrem meum nimirum cognovisstis Et amodo cognoscetis eum. et vidistis eum Dicit ei philippus Dñe. ostende nobis patrem et sufficit nobis Dicit ei ihesus Tanto tempore vobiscum sum et non cognovisstis me philippe. Qui videt me videt et patrem meum Quomodo tu dicis ostende nobis patrem Non credis quia ego in patre et pater in me est. verba que ego loquor vobis a meipso non loquor Pater autem in me manens. ipse faciet opera hec credite. quia ego in patre et pater in me est. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis. qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet. et maiora horum faciet. quia ego ad patrem vado Et quicquid petieritis patrem in nomine meo hoc faciam. Credo dr. offr. Confitebuntur. secre Munera dñe que pro apl̃orum tuorum Philippi et Jacobi solemnitate deferimus. propitius respice et mala cuncta que iuste metuimus auferre ℣ aliud Oferimus dñe et munera in honore sancte walpurgie virginis gaudentes. pro quibus: ut convenienter hec agere